

Vazimiri regis super summam centum
 Marcarum Nicolao Dziatynski in villa
 Opisuolin inscripta.

82

Vazimirus Dei gratia rex Poloniae, Ma-
 gnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque
 Dominus et heres etc. Significamus tenore pre-
 sentium quibus expedit universis presenti-
 bus et futuris. Quomodo attendentes gratam
 fidelitatis studiosa obsequia, meritaque
 quibus generosus Nicolaus Dziatynski Cu-
 rien noster fidelis Dilectus, majestati no-
 stre multipliciter se gratum reddit et
 acceptum, horum igitur intuitu ipsum vo-
 lentes reddere consolatum, sibi centum Mar-
 cas monetae et numeri Polonicae, vi-
 delicet quadraginta octo grosas in quanti-
 bet marcam computando, in et super vil-
 la nostra Smolyn in terra Partynensi,
 et Districtu Sambinensi sita, Dedimus, assi-
 gnavimus, Demonstravimus, et inscripsimus,
 Damusque, assignamus, Demonstramus, et
 inscribimus tenore presentium mediante
 cum omni jure Dominio et proprietate vil-
 lae praedictae censibus, redditibus, agris, cam-
 pis, pratis, graminetis, pascuis, saxeptis,
 silvis, barris, menicis, indagibus Desertis,
 Densetis, rubetis, mellificis, venationibus,
 aucupationibus, piscinis, piscaturis, lacibus,
 stagnis, torrentibus, rivolis, fluvijis, molen-
 nis, et eorum emolumentis, nec non cum

omnibus

omnibus et singulis obventionibus, pertinen-
tijs, adherentijs, et coherentijs, universis
quibuscumque vocabulis vocitentur, ad ean-
dem Osmolyn pertinentibus et spectanti-
bus, ita longè et late, prout eadem villa
in suis metis et gravitijs est circumferen-
tialiter limitata et distincta, per ipsum
Nicolaum Dayalynski, et suos legitimos
successores tenendam, habendam, possiden-
dam, et utifruendam tam diu donec sibi,
aut suis successoribus legitimis prefa-
ta centum marcarum summa per nos aut
successores nostros plenariè et ex toto fue-
rit persoluta, qua soluta eiusdem ville
Osmolyn possessio ad nos et successores
nostros, redibit et devolvetur pleno jure,
juribus nostris regalibus per omnia sem-
per salvis, harum quibus sigillum no-
strum est appensum presentibus testi-
monio literarum. Datum Cracovie feria
quinta post festum Sancti Stanislai, An-
no Domini Millejmo quadringentesimo
sexagesimo octavo.

Relatio Venerabilis Alberti De
Lichtin. Regni Poloniae Vicecan-
cellarij.

Ja Kopia z oryginalu pergaminu;
wego, przepisana dnia 7go Mierzica
Lipca. Roku 1785. od ktorego pieczę-
oderwana, y sam oryginal z aunitiloz-
wany. ~